



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis  
Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Primariam feminam per visum corripit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

ditus, si quis alius: consilijs verò, ac sententiarum grauitate omnibus admirandus.

Sub idem opinor, tempus sacerdos quidam, cui Mutio <sup>a</sup> nomē erat, qui que extra Vrbem domiciliū habebat, cum vel in periculo aliquo esset, vel tentatione aliqua premeretur, vbi Philippo se cōmendabat, extemplò omni ea molestia se leuari sentiebat. Quodam die cum prope iam esset, vt in Tyberim (Romæ enim tum erat) certissimo cum viṭā periculo laberetur, ad solam B. Philippi inuocatioem incolmis inde confestim euasit.

*b* Primariam feminam per visum corripit.

*b*  
Id ea ipsa  
cui contigit  
iurata nar-  
rauit, idēq;  
domesticō-  
rū aliquot  
sacramen-  
to testatur.

**M**Vlier quædam, cuius nomen <sup>b</sup> de industria reticetur, adeò iratum animum in quendā cognatum sibi proximum gerebat, vt nulla ratio iam esset, quæ eius ad pacē animum induceret; cumque diutius in iracundia permaneret, vt ne

viri

Christi.  
1583

Greg. XIII. Pap.  
12.

Ætatis  
69

291

viri quidem aspectum æquo animo ferret, nocte quadam lectulo cum iaceret, alapa percuti sensit: tum vocem Beati Patris ( eo enim illa ad confessiones vtebatur ) audire sibi visa est: & tu quoque proteruè es iracunda? haud decet ita: omitte iā tuam istam iracundiam, & vti æquū est, reiecto odio viro te illi quām mox reconcilia. His rebus turbata mulier simul stupore attonita, quod nosset longè tum ab ea B. Patrē corpore abesse, timore, tremoreque correpta, lacrymis perfusa, cum cognato quamprimum in gratiam redit: albescente die Philippum adiens, omnē illi rem mirabunda narrat, ut facta erat.

Iesu Christi anno Greg XIII. Pap. anno Ætatis anno  
1584 13 69.70

*Aegrum pristinæ restituit sanitati.*

**C**hristi año millesimo quingé-  
tesimo octogesimo quarto, mē-

*Eam rem  
ille ipse qui*

Vitæ lib. 2.

T 2

se vel